

Gamelbd.

010

de,

DE
COMMOTIONVM
ANIMI
COGNATIONE
COMMENTATIO

QVAM
PRAESIDE
MICH. HEINR. REINHARDO A. M.
ET LYCEI RECTORE
D. XVI Mai. A. O. R. 15 CC XXXX
IN AVDITORIO PRIMO
DEFENDET AVTOR
JO. HEINR. SPINDLERVS
NVMBVRGENSIS

TORGAVIAE
LITERIS PETERSELLIANIS



МИОПОММО
ІМІА
ВІОІТАІД
СОГІНІА

MICL HEINR RHEINHARDT
DIESELBE
D. ALM. A. O. L. CO. 1600.
IN VADPITONIO TINNO
DIESELBE
D. HEINR. S. R. I. E. R. A.
1600.

СОГІНІА
ІМІА

VIRO IVRISCONSULTISSIMO
**HEINRICO IACOBO
SPINDLERO**

Domino hæreditario in Aulick & Klein-
prislich, Regis Poloniarum & Principis Electoris
Saxonie Ärario a consiliis in negotiis committendis, &
Præfecturæ Portensis Præfecto

PATRI SVO INDVLGENTISSIMO,

has primitias studiorum suorum dicat, dedicat,
consecrat

Filius obedientissimus

IOANNES HEINRICVS SPINDLERVS.

Cum plerisque, Vir Iurisconsultissime
& Pater omni pietatis cultu pro-
sequende, contingit, qui libros Mæcena-
tibus suis dedicant, ut in iustis idoneisque quæren-
dis excusationibus nimis sint operosi, atque solici-
ti: istis ego ambagibus eo melius carere possum,
has

has cūm mei studii primitias patri offero longe indulgentissimo, quem meis qualibuscunque viribus fore contentum, confido. Profecto mihi ea de re cogitanti nihil unquam iustius nihil æquius visim esse fateor, quim ut semper animum haberem Patris, id est, Eius amoris, curæ, diligentiaæ, atque beneficiorum, semper memorem. Quam ob causam non potui, quin hoc pietati meæ concederem, atque largirer, ut Tibi, Pater, omni honoris cultu prosequende, rudem hanc, parumque politam commentationem demisse traderem atque consecrarem. Spero enim atque confido, prout etiam meæ ætatis ratio exigit atque expectat, neque Te neque quenquam Lectorem benevolum magnam hic eruditionis copiam, atque varietatem expectaturum esse. Ut vero in literarum studiis possim progredi, religiose precor, ut Deus optimus maximus, Te, Pater honoratissime, Tuorum præsidii, atque emolumenti, & meæ præsertim salutis gratia, in seros usque annos, sospitem & incolument conservet, atque tueatur; ut ipsam tandem senectutem neque morbus, neque ullus adversæ fortunæ casus premat, sed omni felicitatis genere, perfungaris. Vale. Dedi Torgaviæ d. XV. Maii

A. O. R. ∞ I CC XXXX.

VIRO IVRISCONSVLTISSIMO
HEINRICO IACOBO
SPINDLERO
PATRONO SVO ET AFFINI
RELIGIOSISSIME COLENDO
S. P. D.
MICH. HEINR. REINHARDVS.

Quod pietas in Te mea & constans in Filium Tuvm optimum amor meus postulare videbatur, nolui committere, ut eius epistola, qua Nominis Tvo, nobis tam venerando, primitias studiorum suorum ausus est dedicare, ad Te veniret incomitata. Tanta enim tamque multa Tua in me meosque existunt merita, tam certa quoque tamque iusta de filio Tvo nobis spes est, ut Tibi & huius abitum non potuerim non publice gratulari, & optima quæque Tibi his literis de eodem polliceri, atque una declarare, quantum Tibi Tvisque debeam, idque multis nominibus. Quinque enim anni sunt, ex quo filium, Tibi summopere dilectum, fidei meæ commisisti, quam non fecellisse opinionem Tvam, & confido, & omnino lætor. Enimvero cum intelligeres, si. ium bonis a natura aut potius Numinis immortalis benignitate dotibus animi corporisque instructum esse, nihil magis habuisti in votis, quam ut

ut illæ quam optime excoletentur. Neque iuvenis studium,
ardor discendi & diligentia defuit doctorum cupiditati. In
moribus autem expoliendis qualem recipias, nihil attinet **TIBI**
dicere, cum sis ipse solertissimus ingeniorum iudex. Illud qui-
dem confidenter audeo confirmare, eum paternum omnino
amorem doctorum suorum sibi hic & conciliasse & meruisse:
redire autem in patriam non solum doctiorem sed etiam me-
liorem. Neque ego ista **TIBI**, qui nihil magis fugis quam adu-
lationem, publicis literis prædicare auderem, nisi plane scirem,
& præcipuos & doctissimos & optimos urbis huius viros me
habere huius rei testes, quorum gratiam & benevolentiam sibi
Tvvs ita comparavit, ut & eum luculento amore prosequeren-
tur, & mihi non minus gratularentur discipulum, quam ego
TIBI filium. Talem igitur tamque præclaram spem de se con-
ceptam ut non solum sustineat, sed etiam augeat atque amplifi-
cat, Deum optimum maximum religiose precor. Si quid au-
tem humana propicere possumus fata, equidem de **Tvo** ita
mecum statui semper, eum ita confirmatum, ea virtutis & seve-
rae & elegantis disciplina imbutum, abire in academiam, ut, quod
facio rarissime, huic tamen felicissimum studiorum successum au-
deam promittere. **TIBI** autem maximas ago habeoque gratias,
quod me huius lætitiae participem esse voluisti, nunquam diffisus
es nostræ vel doctrinæ vel industriae, denique me meosque iis
cumulasti beneficiis, quorum memoriam gratissima mente sem-
per colam & venerabor. Te autem Numen æternum diu ad-
huc servet sospitem atque salvum, ut non solum una cum gen-
te **TVA** splendidissima omni felicitatis genere fruaris, sed etiam
de huius **Tvi** filii iunioris progressibus, quos in literarum studiis
faciet, atque fortuna quam diutissime non minus ipse læteris,
quam ego de **TVA** insigni benevolentia, patrocinio, &, si fas est
dicere, **Tvo** in me amore. Vale. Dedi Torgaviae

d. XV. Maii. A. O. R. 100 CC XXXX.





§. 1.

Cum sciamus hominem constare duabus partibus, animo & corpore: in praesentiarum tantum duplice motionum facultatem cognoscendi appertendique consideremus. Cognoscendi illa facultas primum se exserit, dum res, nobis circumiectas, sensuum ope eorumque instrumentorum percipimus, earumque quadam quasi imagines efformamus, quæ, animo impressæ, dicuntur Ideaæ. Idea autem est effigies, seu imago rei animo impressa.

§. 2.

Deinde cognoscendi facultas non solum res nobis circumiectas percipit, sed etiam absentes revocat, modo sint alii quando sensibus perceptæ, licet alia quadam ratione; res enim cognoscendi, præsentes pulsu quodam seu obtræctione sensuum instruimprimitur, & imaginum recursione, quæ vis propria Phantasie. *Phantasia* Quid confundat facultas enim est facultas mentis humanae, rei quondam perceptæ, sed nunc absentis, imaginem revocandi, quam' primum præcesserit cogitatio, cum eadem connexa: revocate vero imagines dicuntur *Visa*, *scapsætra*.

§. 3.

Cum itaque phantasia sola in rerum olim perceptarum representatione elaborat; talesque eas representat quales animi facultas apperimus antea percepisse: fieri nequit, quin claritas obscuritasque tendi & aver-sorum claritati obscuritatique imaginum sensu perceptarum fandi? respondet. Sæpe vero accedit, ut aut tantum semel, aut perfunditorie & quasi in transitu rei imaginem hauriamus, ideoque con-

A 2 fusam

fusam accipiamus ideam: ex ideis istis confusis, confuse oriuntur rerum notiones Quid igitur miremur, quid sit, quare vulgo verum non minus quam bonum putatitium vehementer appetamus, malumque putatitium valde aversemur pariter ac ipsum malum verum; cum notio boni appetitionem, notio mali aversationem exciter; confusa vero notio, dum ideam multiplicis boni malique confundit, utramque reddit vehementiorem. Videmus igitur in altera animi facultate, quæ est appetendi, omnium animi commotionum originem. *Animi enim commotiones*, quid sunt nisi actus vehementiores appetitus sensitivi, & aversationis sensitivæ? facultas quidem appetendi & aversandi dicitur sensitiva, quando ratione non obtemperat.

Earum divi-
sio,

Commoti-
nones iucundaæ,
molestaæ,
mixtaæ.

iucundaæ
commotiones
animi genera-
les,
Voluptas,

§. 4. Ex appetitu sensitivo voluptatem, ex aversatione tedium capimus, dum ipse appetitus nifus animi est boni cuiusdam, consequendi, eoque fruendi; aversatio autem est nifus animi mali aversandi aque nobis removendi. Efficitur ergo omnibus animi commotionibus voluptatem tediumve, germanice Lust oder Unlust, inesse. Perperam itaque pro ipsis animi affectionum speciebus habentur. Omnes enim animi commotiones, aut voluptate, aut tedio, aut utriusque commixtione continentur. Appellantur autem commotiones, quæ in appetendo consistunt, seu cum voluptate quadam coniunctæ sunt, *commotiones iucunde*. Quæ vero in aversando consistunt, seu cum tedio coniunctæ sunt, *molestaæ*. Quæ tandem molestum quid iucundumque simul in se habent, seu in quibus voluptas & tedium immixtum est, *mixtaæ*, dicuntur. Cum vero hæc tria genera commotionum animi denuo in diversas abeant formas seu species: iam quidem harum fontes & origines declarare studebimus, ut earum convenientia & disconvenientia eo magis paret.

§. 5. His itaque constitutis primum de iucundis animi commotionibus, ex voluptate natis, agemus. Iucundæ enim dicuntur, quia *voluptas* nihil est, nisi iacunda quedam animi corporisque perceptio, quam bonum sive verum, sive putatum

titum nobis adfert. Corpus quidem titillatione delectatur; *delectatio* enim est voluptas svavitate sensuum instrumenta de. Delectatio, leniens. Animus habet tantummodo svavem aliquem sensum boni, qui si maior est, dicitur *gaudium*, quod in se considera Gaudium, et prædominium insigne voluptatum de bono præsente, ideo, ut minus tedium si quod adfert non percipiatur, sed gaudi magnitudo boni responderet magnitudini. Bonum enim est id, quod nobis adfert voluptatem. Qualem habemus voluptatem tale gaudium eriam est. Gaudii ergo magnitudo boni responderet magnitudini.

§. 6.

Rebus vero cum gaudemus compluribus, primum omnium quæramus, numne eriam re nobis incognita, quam primum eius bonitatem percipimus, delectemur? Ita sane est, istaque gaudi forma dicitur *admiratio*, quæ voluptas ex Admiratio. re inuitata, si causas eius ignoramus, hausta.

§. 7.

Delectamur vero etiam rebus, opinione nostra absurdis, IncundaCom- quæque risum nobis eliciunt. *Risus* enim voluptas est vche motio animi mens ex rebus nostra opinione absurdis, inopinato nobis ob- specialis ex rejectis. Facile igitur is, qui rideret, suam ipsius prodit ignoran- bus absurdis, tiam; non enim raro usu evenit, ut quis multas res, qua- *Risus*. rum veritatem introspicere nequit, absurdas habeat. Ridendo itaque, aliis ipse risui est. Sed dicas forsitan, quare res tantummodo absurdia risum conciter? cum tamen in homi- num consuetudine accedit quotidie, ut faceret, sermonesque iocosi risum commoveant. Quid vero sunt faceta? quare interdum sermonibus operam damus iocosis; Fit illud pro- fecto, ut alterius, cum quo sermone certarimus, dictis, comita, & liberali, & subtili quadam ratione ita respondeamus, ut ille summa urbanitate deducatur ad absurdum.

§. 8.

Denique sua cuiusque benefacta gaudium efficiunt ho- Iucundæ mine liberò dignissimum, idecirco etiam optimum, iustissimæ commotiones munque. Ea enim quæ voluptas potest esse iucundior, qua- animi specia- suorum cuiusque benefactorum dulci recordatione animus les ex bene perfunditur? Quam animi commotionem *acquiescentiam* di- felis, cunt

1. Acquiescentes sunt *in se ipso*. Hæc est voluptas, quæ oritur, si facta nostra tia in se ipso, nobismetiphs representamus tanquam bona, nec ultra iudicium hoc quicquam præterea attenditur. Is vero, qui nunquam sua sorte contentus est aut semper affectat maiora, aut semetipsum accusat, quod facta sua præclaræ non alio tempore maiore cum laude edidit, divina illa nunquam gaudere queat voluptate.

§. 9.

2. Glorietas sensus, Alteram, quæ ex benefactis nascitur, commotionem dicunt *gloria sensum*. Glorie vero sensus est voluptas vehemens, inde orra, sua si quis videret benefacta laudari: Ad gloriam ergo consequendam necesse est, non solum præclarum quid faciamus, sed factum esse homines sciant. Quam animi affectionem ne cum ambitione confundamus, cautio adhibenda est. Magnum enim inter utramque reperimus discrimen, si attendimus. Glorie sensus videtur benefactorum laudatione oriri, ambitio vero in operosa constistere honorum adsecratione. Ex eodem tamen fonte duæ oriuntur animi commotiones non minus odiosæ, quam fugiendæ. Quarum 3. Arrogantia, una *arrogantia*, seu voluptas gestiens sequere efferens insolentius, propterea quod quis suorum facinorum nemor semetipsum, qui aliis supra meritum anteferatur, dignum iudicat. 4. Iactatio. Altera *jactatio* sive voluptas sua facinora sèpissime commemorandi, altiusque efferendi.

§. 10.

Iucundæ commotiones quod si minus certum est, animo quidem commovemur, tan-
ta vero voluptas non est, quanta tunc effunditur animus, si bonum futurum est certissime. Spem illam, hanc fiduciam dicunt. *Spes* est voluptas ex bono, non adeo certo ob-
tinendo. *Fiducia*, Germani dicunt *vertrauen*, est voluptas cum quadam animi exultatione coniuncta, ex bono, sine dubio in posterum obtainendo. Ex boni obtainendi fiducia maio-
rem percipimus voluptatem quam ex ipso, quo iam fruimur bono. Si enim bonum omnibus impedimentis remotis certis-
sime futurum consideramus, meatem ab omnibus iis abstrahimus incommodis, quæ sèpissime, cum bona obtinemus, eveni-

eveniunt, ideoque voluptatem diminuunt. Compluribus vero impedimentis, quo minus bonum obtainere possimus, nobis inopinato oppositis, fiducia quoque perit. Sed alia interdum voluptate nihil minus excitamus, ita, ut tanto flagremus boni capessendi ardore, ut omnis obstaculorum & impedimentorum metus reliquitur, quam quidem animi perturbationem dicunt *animositatem*. Animositas vero excessus est

^{3.} *Animositas,*
^{4.} *Audacia:*

§. 11.

Bonum saepius putatium sequimur perinde ac verum, lucunda comanimusque eo commovet, qua commotio dicitur *libido*, motio animi, que est voluptas temere agendi faciendique quicquid liber. ^{specialis ex bono putati-} Non semper itaque libido in amore erga sexum alterum con- sistit. Amor enim in sexum alterum longe aliam gignit com- ^{tio,} *Libido.* motionem, quam infra suo loco sumus expedituri.

§. 12.

Quarta ratione afficimur gaudio, si malum, quod antea ^{lucunda com-} metuimus, feliciter depulsum est; Quae gaudii forma dicitur ^{motio specia-} *Hilaritas*, sed a gaudio, in se considerato, tota fere seiuncta ^{lis ex malo} est natura. Illud enim bonum desiderat praesens, huc vero ^{vitato,} ita feliciter depulso, ut mali ne metus quidem adhuc ^{Hilaritas.} superfit.

§. 13.

Gaudio nos porro adficit aliorum felicitas, infelicitas & lucunda culpa. Si de aliorum gaudemus felicitate, feramur necesse commotiones est quodam erga illum *amore*, qui est voluptas ex pulchritu ^{speciales ex} dinis cognitione orta, qua vero voluptas duplex est. Repre- ^{aliorum felici-} henfibilis una, quam dicunt *lasciviam* seu amorem in sexum ^{citate,} vel primo propter beneficia alicuius in nos collata; unde ^{1. Amor,} oritur *Gratitudo*, seu gratus animus, que voluptas est ex be- ^{2. Lascivia;} neficiis ab eo in me collatis, quem amore complector: vel secundo propter bonum alterius singulare, unde nascitur ^{3. Gratitudo,} *Favor* seu voluptas ex consideratione boni cuiusdam singula- ^{4. Favor.} ris. Nascitur quoque *veneratio* seu voluptas inde orta, si ^{5. Veneratio,} cuius bona tanquam magna mihique utilia animo meo con- templor. Nascitur denique *benevolentia* sive voluptas exor- ^{Benevolen-} taboni. ^{tia.}

ta boni gratia, quod alteri inest cui faveo, propterea & plura bona inesse cupio.

§. 14.

Iucunda con-motio specia-lis vel ex alio-rum infelici-tate, Malevolen-tia; Vel ex a-ut contra bonos mores aliquid committit, ita ut ei vitio veri torum culpa, possit, quæ voluptas nominatur *irrisio*.

Adfert vero etiam ipsa infelicitas nobis non raro quan-dam voluptatem, qua si commovetur, malevoli dicimur. *Malevolentia* enim est voluptas ex malo alterius profecta, quod nobis utile existimamus. Voluptate denique capimus, si quispiam, a quo animo sumus alieno, aut contra decorum

irrisio.

Commoti-ones animi molesta-ge-nerales,

1. Tristitia,

2. Odium.

Speciales Commoti-ones molesta-ex mali de-clinando,

1. Desperatio,

2. Pufillani-mitas.

Venio nunc ad alterum animi commotionum genus, ex tædio proficiscientium, quas commotiones dicunt molestas. Et quidem primum omnium videamus tædium ipsum in se con sideratum insigne & ex quavis magni mali cognitione ortum, tunc dicitur *Odium*.

§. 15.

Quod si autem malum magnum periculorumque & nulla ratione declinabile iudicamus, ita ut ingens tædium inde per cipiamus, ista sane commotio dicitur *desperatio*, sive vehe mens tædium, inde natum, quod nulla reliqua est rerum me liorum expectatio. Minor vero tædii huius gradus est *pufillanimitas*, que tædium ex difficultate boni, quod cupimus, im petrandi, seu mali, quod aversamur, avertendi. Ea igitur sciuncta est a desperatione, quod in ea nulla spes omnino reliqua est, in hac vero supereft aliqua, licet parva.

§. 16.

Speciales commotiones nobis comparat magnum. Quod si enim male nos fecisse putamus, factique nos pœnitent, habere dicimur *pœnitentiam*, quæ vehemens tædium est, quod male nos fecisse putamus. Accidit vero non raro etiam, ut boni nos pœnitent facti, quod fit, si beneficia nostra sive male sunt collocata, sive si bonum quod nostram adversus opinionem sinistre cedit: sed ea ratio ne res, quæ putabatur antea bona, inopinato eventu deinde fit

fit mala. Si, quocunque modo malefactum commisimus, & ab aliis perperam de eo facto iudicatur, nos eius puder. *Pudor* enim est tedium perceptum ex aliorum sinistro, de nobis nostrisque facinoribus, iudicio.

S. 18.

Tedium capimus ex aliorum quoque infelicitate, & fe*Moleste* licitate, illud commiserationem & misericordiam, hoc invi*commotio-*
dentiam, æmulationem, & obretestationem concitat. Miseri-
cordiam dicimus insigne tedium ex alterius, quem amamus, *ex aliorum*
calamitate; Commiserationem vero tedium ex miseria alterius *fortuna,*
inuria laborantis. A felicitate contra alterius si tedium ori-
terit, aut inadvertia, aut æmulatione aut obretestatione animus *1. Misericor-*
*commovetur. Invidentia est tedium suscep*tum propter al-*
terius res secundas, nihil nocentes inadverti. Perperam ea
dem definitio invidiae tribuitur. Invidia enim non in eo, qui *2. Commis-*
videt solum dicitur, sed in eo etiam cui invidetur. Ämu- *3. Invidentia,*
latio est tedium, quod gignitur, si eo, quod concupiscimus,
alius potiatur, ipsique careamus. In rebus vero honestis
æmulatio plane est laudabilis. Denique obretestatio est tedium
perceptum, si alter eo, quod ipse obtinui, quoque potiatur,
*eaque re, detrimentum mihi afferre, abs me iudicetur.**

S. 19.

Inuria nobis illata vehementer commovemur, magnum *Moleste* que tedium percipimus, simul ac iniuria lacefissimur, sive ab eo, *commotio-*
quem odimus, ubi excandescimus; sive ab eo, quem amamus, cuius *nes speciales*
indignamur. Excandescencia vero est tedium, quod statim ini- *ex iniuria il-*
lio percipimus, simul ac iniuria ab eo nobis infertur, quem *lata,*
odimus. Excandescientiam sequitur ira, sive tedium vehe- *1. Excande-*
mens & perdurans, ex iniuria, nobis ab eo illata, quem odi- *2. Ira,*
mus. Ipsa vero ira mater est inimicitiae, quae est ira, ulci- *3. Inimicitia,*
scendi tempus observans; & Discordiae, quae est ira concepta *4. Discordia,*
in eum, quem odimus propter iniuriam haud ita magnam
nobis adlatam. Denique Indignatio est tedium si is, quem *5. Indignatio.*
amamus, iniuria nos lacefisset.

S. 20.

Magno tedio quoque propter malum praesens afficimur, *Molesta* & quidem primum omnium aliorum morte commovemur *commotio-*
specialis ex
B *quod morte amici,*

Luctus.

quod dicitur *luctus* sive tedium ex eius, qui carus fuerit, obitua. Interitus vero quo acerbior fuerit, eo maior est luctus.

§. 21.

Molestæ commotiones spe-
ciales ex malo memorare volumus, quæ nobis obveniunt sapissime. *Do-*
præsente, *lor* est tedium ex malo, quo sive nos ipsi, sive ii, qui nobis
1. Dolor, sunt cordi, cruciantur. *Angor* est vehemens tedium ex quo-
2. Angor, vis malo nos graviter premente. *Aerumna* est tedium gravis-
3. Aerumna, sum, si malo ingenti nos videmus submersos. *Lamentatio-*
4. Lamenta-*tio*,
5. Mæror,
6. Mæfisia,
7. Adflictatio-
nem Germani dicunt niedergeschlagen. *Adflictatio* est tedium ex vexatione corporis ortum. Haec multæ & complures aliae animi commotiones ex malo oriuntur præsente, quod quidem quo acerbius est, eo maiores efficit commotiones. Sed prout ratio eius atque conditio postulat, ita etiam tedium se exferit, ut oriatur, sive cum merore aliquo, seu lamentatione, quod animi prodit mollitem, atque effeminationem, quæ decet mulierem: sive cum mæfisia & angore, quod iis plerumque evenit, qui suis malefactis malum fibimetipis concitunt: sive cum dolore aliquo quo etiam viri afficiuntur.

§. 22.

Molestæ com-
motiones ani-
mi ex malo
appropin-
quante,
1. Fuga mali,
2. Timor,
3. Sollicitudo.

Novum tædii genus animo nostro malum commovet appropinquans; quod quidem, ut legibus consentaneum est naturæ, depellere quam primum & evitare cupimus. Animi illam commotionem *fugam* dicunt *mali*, sive tedium ex malo nobis imminente, quod superfugere cupimus. Quod si fieri nequit, malumque magis magisque appropinquat, timemus. *Timor* enim est tedium ex malo magis magisque appropinquante. Si malo certissime veniente nostræ ipsi timemus fortune, & cum remedii inveniendi gratia agitamus consilia, dicimus solliciti. *Sollicitudo* enim est tedium ex malo quodam ortum ad illud iustis remedii avertendum, cum cogitationibus tristissimis coniunctum.

§. 23.

§. 23.

Alia quadam ratione commovemur, si malum nobis in-
Molesta com-
opinarum subito supervenit. Sunt, qui isto superventu solum-
modo conturbantur: quæ *conturbatio* est tedium, quo affici-
mures, quando malum inopinatum nostra opprimit cogitata.
Quidam vero statim examinantur, quæ *examinatio* est tedium
gravissimum ex repentino superventu magni cuiusdam mali,
ita ut animus quasi sui obliviscatur. Germani dicunt vor
Schrecken halb tott seyn. Quidam expavescunt. *Pavor*
enim est vehemens tedium ex malo repentino, ipsum men-
tem suo loco movens. Quibusdam denique istiusmodi mali
occupatio *terrorem* inicit. Qui dicitur esse vehemens tæ-
dium ex adventu mali inopinati.

§. 24.

Malum, longo temporis intervallo post futurum, quo-
rundam animos iam commovet. Quoties enim in eius inci-
dunt cogitationem, horrore perstringuntur. Germani dicunt motiones spe-
cieles ex male
die Hau schauert mich, wenn ich daran gedenke. Eadem de quo cogita-
commotione animus perturbatur mali præteriti subita recor-
datione. *Horror* igitur est tedium ingens, exortum ex cogi-
tatione mali ingentis, licet nondum praesentis. Quod si vero no-
biscum cogitamus, hoc vel illud malum aliquando nobis usu
evenire posse; *metuimus*, sive tedium percipimus ex malo, 2. *Metus*
opinione nostra aliquando furto.

§. 25.

Animi commotionibus ex tedio mali cuiusque profici-
scientibus, ex quoque suo iure adiungendæ sunt, quas mali per-
manentis tedium parit: Nempe *formido*, sive tedium ex male
malo perniciose permanente; & *molesta* sive tedium, ex ma- permanentie.
lo magis operoso, quam periculoso, eoque permanente.

§. 26.

Ultimum, quod adhuc commemorare in animo est, Molesta com-
motionum genus, hoc est, quod ex bono sive vero sive motio specia-
putatio nascitur. Sed mirerum profecto, quod etiam bo- lis ex mora
num mentem humanam implere possit tedio. Sed qua
ratione hoc fiat, videamus. Tanta vis tædii est propter
cuiusdam boni moram, ut, si vehemens est, ipsum corpus
B 2 *animum*.

¶) 12 (¶)

Desiderium. animumque exedere & confidere possit. Eam animi com- motionem dicunt *desiderium*, quod est tedium ex mora boni futuri.

Molesta com-
motio specia-
lis ex boni
abundantia,

Fastidium.

Commoti-
nes animi
mixtae,

1. Suspicio,

2. Animi flu-
ctuatio,

3. Cupiditas,

4. Cupiditas

5. Indigentia.

Alterum tedium ex boni descendit abundantia, si tantam habemus bonorum multitudinem, ut iis omnibus, ac singulis frui nos tedeat. Aut si boni cuiusdam, quo antea deletabamus, crebriore usu quotidiana frequentia, adeo perturbemus, ut ipsum bonum putemus malum. Hæc commotio *fastidium*, seu vehemens tedium rei eiusdem, ex qua antea voluptatem percepimus, nominatur.

S. 27.

Restant commotiones mixtae, quæ voluptatem habent atque tedium promiscue. Quarum cum haud ita sunt multæ, suspicio quippe, animi fluctuatio, cupiditas, cupiditas vindictæ, & indigentia, eas ad genera sua referre supervacaneum existimo. Sed sine ordinis discrimine, commemorabo *suspicio* n, sive alternationem voluptraris & tædii, si de virtutibus aut virtutis, de bono aut malo nostro opinionem habeamus in certissimam: & animi fluctuationem, quæ voluptraris & tædii est fluctuatio, si in obtinendi boni versamur ambiguitate. Sic alternatio, si in cupiditas vindictæ, quæ est alternatio voluptraris & tædii, si auctorem mali, nobis præsentis, alio malo afficere cupio, ut eum mali nobis illati peniteat. *Indigentia* est alternatio voluptraris & tædii, si res quascunque infantis instar vehementer appeto, licet, cui bono, ipse nesciam, ubi non potest non tedium accedere propter boni consequendi ambiguitatem.

S. 28.

Commenta-
tionis præsen-
naturam declaravimus: brevissimum de usu commodiisque
tis usus a) in huius doctrina quasi epilogum adiungemus. Quod com-
confluetudine modum ex ea scientia capiunt ii, qui ad rem publicam acce-
dere, ibique emergere student; cum pro hodierno rerum
statu, plurimum amori, plurimum gratiae, plurimum odio at-
que invidiae detur. Si quis vero commotionum solidam habeat
notitiam

notitiam, persicile ei est interiores hominum propensiones introspicere, perscrutari, earumque in consiliis capiendis rationem habere. Siquidem in consuetudine hominum sēpissime homines sua ipsius animi commotioni indulgere reperiuntur. Prudenter vitæ instituenda rationi consentaneum est, ut tempori tunc inserviamus, & sciamus, quomodo animi commotiones nobis utiles excitemus, contrarias sedemus. Quis autem non vider motus animi plerumque concurrere, & ab aliis occasionem suppeditari ad alios vel tranquillandos, vel movendos & accendendos? Valer enim omnino hic illud præceptum, quod facilior semper sit transitus ad affines commotiones incitandas, earumque concursu motum convenientem fieri fortiorum.

S. 30.

Si quoque merito nihil difficilius iudicatur, quam re-b) in gubernare animi sui commotiones, gubernare, atque ad virtutem nandis animi componere: Sane perquam necessarium est, cum earum omnium causas atque principia nosse, tum vero etiam scire earum convenientiam & quali familias. Namque quo altius, quoque sēpīus descendimus in animū nostrū, eo certius reperiemus, sēpissime commotionem animi concitari, propter causas levissimas, ideo, quoniam præcessit similis quidam, licet a sequente diversus, motus. Ut enim hoc utar, facilius nos iraci constat ei, cum quo nobis vel iniurictia, vel discordia iam intercessit, quam si eundem nullo adhuc odio prosecutus sumus. Deinde, quis ignorat, similes animi motus facilissime se coniungere ad animū nostrū perturbandum. Sic obrēctamus ei, cui invidemus. Sic ad fugam alicuius mali facile se adiungit timor, & solicitude. Sic angores, ærumnæ, interiores, lamentationes aliquie motus nos sēpē infestant eodem tempore. Sic spes, fiducia, animositas, audacia, non raro in eodem animo se coniungunt. Cui male volumus, eundem irridemus. Cui favemus, eum veneramur, ei bene volumus. Quarum quidem commotionum inire se coniungentium nulla alia causa est, quam earundem similitudo, cognatio, seu affinitas. Enim vero in commotionibus animi mixtis quasi affinitatem quandam inesse, in omnibus motibus, qui ex vo-

luptate vel tædio proveniunt, cognitionem quandam locum habere iure dicamus, eamque modo arctiorem, modo magis remotam, prout causis aut origine sua magis inter se conueniunt. Denique illud quoque tenendum est, similium commotionum concursu & societate motum animi fieri vehementiorem, quam si sit solus nullisque auxiliis adiuvetur, ut hic quoque valeat illud, quod alias dicimus, vim unitam esse fortiorē. Sicut autem hæc commotionum similitudo & convenientia in causa est, quare modo ex alio motu consequatur & oriatur motus similis, modo plures motus se coniungant, modo unus aliquis motus augeatur, & intendatur: sic miri huius eiusque triplicis eventus una & vera causa est Phantasia, quæ convenientiam maxime sequitur, etiam in notionibus confusis gignendis, a quibus omnis animi commotio tamen proficiscitur. Quantæ autem utilitatis est scire, & intelligere tales commotionum animi origines, & quasi generationes? nonne easdem facilius complices in temeripso, si primas earum causas, atque fontes intellexeris? nonne earum infidias facilius deteges atque vitabis, si earum impetus, & occultas artes prævideas, atque præsentifcas? nonne eriam earundem vehementia atque vis eo minus abs te reformidanda erit, quo propius introspereris illarum auxilia & consociationes calleasque artem illarum disspellendi conspirationem? Quo quidem modo nascitur, aut saltē plurimum iuvatur pulcherrimum illud motuum animi regimen, & nobilissima illa victoria, qua quis semetipsum animumque suum vincit.

S. 31.

c) in oratoria. Jam vero in arte dicendi etiam hæc doctrina de perturbationum animi convenientia insigne præstat utilitatem. Cum enim profecto summa oratoris ars atque scientia eluceat in his ipsis motibus modo exsuscitandis modo refrenandis: qui is possit huic dupli officio commode satisque recte sat, facere, nisi perspexerit, omnes occultos animi recessus, harum commotionum latebras, principia & incrementa? Quorum quidem vel ortus vel societas, vel augmentum maxime ab huius similitudinis doctrina provenit. Enim vero hic dicit orator, quomodo animi motibus, quibus auditorum animos iam

iam videt infectos, sibi sit utendum ad commotiones similes, suoque fini convenientes, prudenter excitandas. Hic inventiet, quam concinnus, quamque pronus ab uno animi motu sibi pareat transitus, aditusque ad alterum similem elicendum. Sicut autem unius gentis bellum facile post se trahit gentium cognatarum, aut amicissimarum, arma: ita magna oratoris prudentia in eo manifestatur, si in unius aliquis commotionis vi excitanda novit reliquorum motuum similium quasi copias auxiliatrices atque exercitum vocare in subsidium. Quibus quidem viribus consociatis, expedita ratione consequitur etiam illud, ut auditorum animos non solum moveat sed etiam accendat, atque inflammet; dum non unicam aliquam flammulam commoveret, sed quasi commune excitat incendium, non facile restinguendum. Sed ne quidem in animis sedans, & tranquillans haec doctrina facile deseret oratorem. Neque enim solummodo harum commotionum similitudinem considerabit, sed etiam earundem attenderet dissimilitudinem, discordiam, inimicitiam. Illis igitur moribus, quos studebit sedare, opponet contrarios, non tam diversos quam potius infestissimos hostes. Quem auditores amant, eundem odio, inimicitia, ira denique nostra dignissimum ostenderet; ab eodem nobis metuendum, molestiam, ærumnas, mætitiam, angores, aut saltem multas sollicitudines expectandas esse docebit: ne hic quidem subsistat, sed etiam eo progredietur, ut auditores tandem peniteat, & plane pudeat eius, quem modo tantopere amaverant. Non solum omnem exercitum colligeret, & congregabat, & tota vi geret bellum: sed etiam copias suas in acie iusta collocabit, huius ordinis pro diversa utilitate firmabit, multa etiam habebit in subsidiis. Denique harum commotionum convenientia eum quoque in finem proderit, ut motum animi sibi adversarium ex suis insidiis eiiciat, & plane doceat, reliquos motus, qui in subsidium venerunt, prima causa & origine sua ab unico illo hoste aut nihil, aut saltem parum differre. Quem quidem si hac ratione denudaverit suisque spoliaverit auxiliis, longe expeditior, longe certior erit victoria.

d) in Poësi.

Ab oratoria arte transeamus ad poësin. Poëta est pingere, & imitari naturam. In qua quidem rerum natura, quoniam nihil videmus excellentius mente humana; in hac ipsa vero vel varierate, vel copia, vel etiam vi atque vehementia nihil stilo poëta est dignius, quam vaatum illud, potentissimumque commotionum regnum: hic quidem offendit poësis amplissimum campum, quo subinde expatietur, quo sè iactet, quo denique suas amplificet opes. Scribit enim plerumque vel de hominibus, vel ad homines, vel saltem propter homines. Quorum quidem mores, voluntates, cupiditates, quo melius, quo magis perfpicuis notis novit insignire, eo pulchrior eiusdem erit pictura atque imago; quæ vis omnis est a commotionum animi similitudine, dissimilitudine, concordia, discordia. Neque enim poëta impetusos faciet fatus, sed naturam sequetur ducem, motuum illorum se stabitur vicinitatem atque confinia. Denique in una commotione pingenda nullam ometet, quam propter societatem plerumque concureret illamque firmare solere, novit. Quando autem non tam illos motus describet quam potius aut incitare, aut reprimere intendet: tunc quidem hanc facultatem omnem vel ab oratore sumet mutuo, vel potius, eius possessionem sibi cum eo communem esse, iudicabit.

c) in artificiis.

Multa adhuc essent dicenda de sculptoribus, pictoribus, cælato-ribus, lapidicidis aliisque huius generis artificibus, quorum ars versatur magna ex parte in hominum formis effingendis. In quibus, quoniam non solum singula membra atque lineamenta exprimenda sunt, sed etiam præclarum iudicatur, convenientes referre gestus; horum quidem necessaria cognitio plurimum pendet ab illa ipsa commotionum animi convenientia, & inconvenientia. Ea enim hominis natura est, ut animi motus non solum in facie describat atque pingat, sed etiam ipso motu manuum, pedum, totoque statu corporis. Quia quidem in re illud in primis considerandum est, quod varietas motuum diversos quoque exprimat gestus, earum similitudo gestus similes, dissimilitudo dissimiles. Quid si igitur artifex teneat doctrinam gestuum in his ipsis confociandis, non meliore inveniet ducem, quam ipsam illam animi motuum similitudinem, & dissimilitudinem: ut iam de operibus illorum artificum iudicandis taceam.

Tabula genealogica re; non inutile fore existimo, si non solum tres illas commotionum commotio animi quasi familias inter se comparem, atque conjugam, sed etiam unum animi, earundem quasi genealogiam in tabulis concavam iam efformare, ut uno intuitu illarum nexus, consensus, aut disensus, possit complici, yideri & iudicari. Sunto igitur haec Tabulae animi commotio- num, quales quidem definivimus;

	respectu aliorum	
	infelicitatis unde	culpæ unde
Quoꝝatis qua- is eſt	Malevolentia §. 14.	Inſilio §. 14.
Delor §. 13. ſque		
Ex rebus inco- gnitis qualis eſt	vel irreprehensibilis	
Admiratio §. 6.	el ob benefi- cia qui voca- tur	vel ob bonum alterius singulare qui di- citur
laudandum q	ratitudo §. 13.	Favor §. 13. isque
Acquiescentia in ſ		
	vel insignis propter ali- cuius magnum milique utile bonum	vel insignis propter eius cui faveo num unde
	Veneratio §. 13.	Benevolentia §. 13.

Tabula I.
Stemmata
Commotionum provenientium
ex
Voluptate

respectu nostri						respectu aliorum	
Quoad corpus qua ^e dicitur	Quoad mentem qua ^e dicitur						
Delectatio §. 5.	Gaudium §. 5. ortum						
Ex rebus inco- gnitis qualia est	Ex absur- dis qualis est	ob bene- fa ^c a ria					
Admiratio §. 6.	Ritus §. 7.	vel in spe- cata	vel ab aliis lauda- ta quale dici- tur	ex bono	ex malo	felicitatis qua- lis est	infelicitatis unde
laudandum quale	viti- peran- dum			verō obtinendo	putatitio ob- tinendo quo procreatur	Amor §. 13. isque	culpe un- de
Acquiescentia in se ipso §. 8.		Gloria senfus §. 9.	vel maxima ex parte unde	impedimentis remotis	impedi- mentis adhue obsti- fentibus	Lascivia §. 13.	Irritio §. 14.
Arrogantia §. 9.	vel in moribus quale est	vel in verbis quale est	vel plane	Libido §. 11.	Hilaritas §. 12.	Gratitudo §. 13.	Favor §. 13. isque
	Lascivitatis §. 9.		vel vincibili- bus unde			Veneratio §. 13.	Benevolentia §. 13.
			vel vix vincibili- bus unde				
			Animositas §. 10.	Audacia §. 10.			

Constitutio[n]is de la Societate

CX

Ad quatuor

titularis	capitularis	capitularis	capitularis
capitularis	titularis	titularis	titularis
titularis	capitularis	titularis	titularis
titularis	titularis	capitularis	titularis
titularis	titularis	titularis	capitularis



vel ex bono r
quam conseq
do unde

Desperatio

Tab. II.
Affectuum ex Tædio.

Vel in genere eoque absolu- to quod di- citur		respective					
		vel ratione personæ,		vel ratione obiecti.		Tab. III.	
		1. Infelicitate.		2. felicitate			
Tristitia §. 15.	concepta	eiusquem amo unde	eius qui in- iuria labo- rat hinc	quam non concupi- scimus	quam concupisci- mus unde	3. iniu- ria no- bis il- lata	4. morte alio- rum unde
vel ex bono nun- quam consequen- do unde	vel ex bono diffi- culte consequendo unde	vel ex male- factis	Misericor- dia §. 18.	Commisera- tio §. 18.	Æmulatio §. 18.	ab eo quem odi- mus	ab eo quem ama- mus unde
Desperatio §. 16.	Pusillanimitas §. 17.	in se spectatis unde	vel ab aliis sic iudicatis	quaæ no- bis nihil nocet	quaæ nobis utique nocet	Indignatio §. 19.	propter magnum injuriam unde
Pœnitentia §. 17.	Pudor §. 17.			Invidentia §. 18.	Obtrectatio §. 18.		Discordia §. 19.
				Ira §. 19.	que		
				initio dicitur	continuata dicitur		
				Excedentia §. 19.	Inimicitia §. 19.		



HIST
OBST ET CHIBRA

VI studi

Ez

Contraitione Vtio

8 Tssij

		ex bono		
		mentre	morante	abundante
nos pre-	nos valde	non peri-	Desiderium	Fastidium
mente	premen-	culoſo un-	§. 26.	§. 27.
unde	te unde	de		
Dolor	Angor	Moleſtia		
§. 21.	§. 21.	§. 25.		

Contraitione
Vtio

Tab. III.

Affectuum ex Tædio respectivo
ratione obiecti.

Ex malo										ex bono					
præsente					appropin- quante eoque					de quo cog- tamus		permanente		morante abundante	
nos pre- mente unde	nos valde premen- te unde	ingenti- pre- me- te	quod laci- mas e- hicit	durabi- li- corpus	quo pre- mitur	vel	vel im- pro- viō	vel subi- to hinc	vel occasio- ne data	periculosa unde	non peri- culoso un- de	Desiderium	Fatidium		
Dolor	Angor	Arumna	Masti- tia §. 21.	Adsticta- tio §. 21.						Formido	§. 25.	§. 26.	§. 27.		
		multas	paucas	quatenus depellere	in se specia- litas	quatenus id depelle- re cogita- mus	quoad mentem eoque	quoad corpus eoque	quoad parvo unde	Metus	§. 24.				
Lamenta- tio §. 21.	Moror.		id cupi- mus	to			vel magno	vel							
				Tistor		Solicitudo									
		Fuga mali		§. 21.		§. 21.		Pavor §. 23.	Terror						
							vel magno	vel parvo							
							unde	unde							
						Examinitio		Conturbatio							
						§. 23.		§. 23.							

Tabula IV.

Ex

Commixtione Voluptatis
& Tædii.

propter alterius
virtutem seu
vitium
Suspicio §. 28.

*propter
bonum.*

Cupiditas §. 2g.

vel propter iniu-

Cupiditas vindicta
et §. 18.

Indigentia §. 28.

AB:155056

VD 18

ULB Halle
003 085 112

3



TA → SL
nur 75 Blatt /

VDT7

R

COMM

COG

MICH. HEI

D. XVI

IN A

JO. HE

LITE

VM

NE

A. M.

S

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Green

Cyan

Blue

